



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Antoninus Ep. 2. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

282 VITÆ SANCTORUM. 2. Maii.
menses vixit, inter vivos deinde mortuus
anno CCC. LXXII. nunc inter mor-
tuos iterum vivit. Ex Baron.

*Sicut fructus non invenitur in arbore, in
qua flos prius non apparuit; sic in senectu-
te honorem legitimum consequi non poterit,
qui in adolescentia disciplinâ alicujus exer-
citatione non laboravit. S. Cypr. de 12.
Abus.*

S. ANTONINUS EP. 2. Maii.

ANTONINUS Florentinorum Prä-
fus. ad C H R I S T I in cruce imagi-
nem sublimis raptus, mellitissimis vul-
nerum osculis aliquandiu inhæsit. Atque
ex his illum uberibus hausisse amorem
crede, quem in omnes postea pauperes
dispensavit, tum ratus præclare se rem
administrasse domesticam, si domi nec
supplex, nec penus esset. Viderat ædi-
bus Cælites insidere; ingressus cùm
duas ingenuas, sed pauperes virgines opé-
ri cum matre intentas reperisset, liberali
manu paupertatem sublevavit. Verùm
cùm illæ se luxui deinceps dedissent, pul-
sisque è tecto bonis geniis mali successis-
sent, ut meliores iterum hospites in ædes
immigrarent, emigrare otium jussit. Il-
lud jucundum dictu. Rusticellus cani-
strum pomis onustum Divo donarat.
Hic gratias habuit. At cùm ille refer-
ri sibi maluisset, ANTONINUS po-
mis

iii.
us
or
, in
etn
it,
er-
2.

ii.

x-
gi-
ll-
ue
m
es
m
ec
li-
m
e-
ali
m
h-
f-
es
l-
i-
t-
r-
s
3. Maii. VITÆ SANCTORUM. 283
mis in unam lanceam, solennibus vero
illis & in chartâ descriptis verbis, *Deo*
gratias, in alteram injectis, rem ex-
mini permisit; & ecce duo verba pon-
dere suo omnia poena superarunt: ut
planè decipi egenos à divitibus videa-
mus, dum hi pro tam exiguâ stipe tam
multum accipiunt. Obiit porro an M.
CCCC. LIX. Agrotantis verba illa fe-
runtur: *Servire Deo regnare est, & illa*
morientis: *Sancta & immaculata Vir-*
ginitas, quibus telaudibus efferam, nescio.
Imò vero ANTONINE, egregiè sci-
visti: Virgo moriens eam in cælum us-
que extulisti. Ex *Vinc. Mainard.*

Ne simus h̄ic negligentes, ut non per infi-
nita fœcula postmodum pœnitentiam agere
cogamur, ubi nihil proderunt lacrymæ. In
studiis atque laboribus gaudent Angeli at-
que Archangeli sicut contrà in torpore ac
negligentiâ gaudet inimicus S. Eph. tom. I.

INVENTIO S. CRUCIS. 3. Maii.

GAUDENT alii crucem, quam cælum
mittit, missam amittere; at amis-
sam olim Christi crucem invenisse hodie
se gaudet Helena, triumphat. Rei gestæ
ordinem h̄ic habes. Latebat crux terrâ,
plus odiis Judæorum sepulta. At Helena,
cum primum filius Constantinus Max-
entium debellavit etucis sanctissimæ aus-
piciis, quò grata foret, omni ingenio
viri-